



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

Parisiis, 1644

Epistola I. Hilari papæ ad episcopos Tarraconenses.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14887

EPISTOLA I.
HILARI PAPÆ
AD EPISCOPOS TARRACONENSES.

De synodali decreto.

Flaui Basilio & Herminero viris clarissimis consulibus.

QUONIAM religiosus, &c. *Extat infra in Concilio Romano sub Hilario.*

* EPISTOLA I.
TARRACONENSIVM EPISCOPORVM
AD HILARVM PAPAM.

De ordinatione episcopi per Siluanum Calaguritanum episcopum contra patrum regulas & Nicænos Canones facta apud Romanum pontificem conqueruntur, eumque consulunt, quid in hoc casu facere, aut qua ratione abusus eiusmodi occurrere debeant.

Domino beatissimo, & apostolica reuerentia a nobis in Christo colendo papæ Hilario, Ascanius episcopus, & uniuersi episcopi Tarraconensis prouinciæ.

* di-
ret.

ETSI nulla * extaret necessitas ecclesiasticæ disciplinæ, Hispani episcopi quantum colant Rom. pont.
Expetendum re vera nobis fuerat illud priuilegium sedis vestræ, quo susceptis regni clauibus post resurrectionem Saluatoris, per totum orbem beatissimi Petri singularis prædicatio uniuersorum illuminationi prospexit: cuius vicarii principatus sicut eminent, ita metuendus est ab omnibus, & amandus. Proinde nos Deum in vobis penitus adorantes, cui sine querela seruitis, ad fidem recurrimus apostolico ore laudatam, inde responsa querentes, vnde nihil errore, nihil præsumptione, sed pontificali totum deliberatione præcipitur.

* ordina-
tiones

Cum hæc ita se habeant, est tamen inter nos falsus frater, cuius præsumptionem sicut diutius tacere non licuit, ita & loqui futuri iudicii necessitas imperauit. Siluanus quidem episcopus Calaguræ in vltima parte nostræ prouinciæ constitutus, * diuinationes sibi indebitas vsurpando, humilitatem nostram ad hoc vsque perduxit, vt
Siluani causa.

Concil. Tom. 9.

M m m